

L I B E R T E R T I V S.

46

A vnde Apostolus dicit, ex uno in condemnationem: & quia per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit? Et hic satis appareat quemadmodum dis-
tinetur, Ego in iniuratis cōceptus sum, & in pec-

Rom. 5. quia per unum hominem peccatum intravit in mun-
dum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines
pertransiit? Et hic satis appareat quemadmodum dis-
tinetur, Ego in iniuratis cōceptus sum, & in pec-
catis mater mea in utero me aluit. Cur ergo non illud
quod natum est purgari dicit scriptura per hoc sacri-
ficium, sed ipsam quae peperit? An ad ipsam quidem
vnde illa origo trahatur relata purgatio est pro-
pter sanguinis fonte? Non poterat tamen sine ipsis
fœtus purgatione fieri, qui ex ipso sanguine exortus
est. Nam quod pertinet quod superius ait, super filio,
aut super filia offeret agnus anniculum sine macula in
holocaustum, & pullum columbinum aut turturum pro
peccato, si nihil per hoc sacrificium fiebat pro eis qui
nascebantur? Quod si quisquam ita distingue cona-
bitur, vt dicat non esse iungendum super filio aut su-
per filia offerre agnum anniculum sine macula in ho-
locaustum, & pullum columbinum pro peccato; sed ita
potius legendum. Cum adimpti fuerint dies purga-
tionis eius super filio aut super filia: id est, dies pur-
gationis impletivi fuerint super illo aut super illa, filio
scilicet vel filia: deinde ab alio sensu sequatur. Of-
feret agnum anniculum sine macula in holocaustum,

B & pullum columbinum pro peccato est, pro pecca-
to suo, cum cōpleti fuerint dies purgationis eius su-
per filio aut super filia. Quisquis ergo ista distingue-
dum potauerit, ex Euangelio conuinetur, vbi cum
tale aliquid nato ex virgin domino facerent, magis
propter consuetudinem legis, quam propter nece sita-
tem aliquius in eo expiandi purgandi peccati, sic le-
gitur.

Et cum inducerent pueri Iesum parentes eius
vt facerent secundū consuetudinem legis pro comon-
dūctum est, pro matre eius, sed pro eo: quanvis ea fice-
rent qua hoc loco præcepta sunt de duobus turribus,
aut de duobus pullis columbinis. Sic enim ba-
ptizari ipse etiam dignatus est baptismo Ioannis,
qui erat baptismus p̄cūnit̄ in remissionem peccatorum,
quāvis nullum haberet ille peccatum. Merito ergo quidam nostri ita interpretati sunt etiam
istum in Leuitico locum, vt non dicenter super filio
aut super filia: sed pro filio aut pro filia. Hanc enim
vīm huius præpositionis esse intellexerunt hoc loco,
vbi Græcus ait, ἐπὶ τῷ ἡτοῖ θυγατρί. Sanè aduerte
dum est, quāvis pauper dominus nasci voluerit, vt nō
pro illo offerretur agnus & pullus columbinus aut
turtur, sed par turtrum aut duo pulli columbini, sicut
in Euāgelio legitur: quod scriptura Leuitici tūc
iussit offerri, si non habuerit manus offerentis quod
satis est magnum.

C Homini si cui facta fuerit in
cute corporis cicatrix signi lucida, & fuerit in cute
coloris eius tactus lepræ: & cætera. Vñlūt exponen-
do dixerit posterius, vnde quod primum dixerat in-
telligeretur, quoniam dixerat homini si cui facta fue-
rit in cute corporis eius cicatrix signi lucida: inca-
tricem sic intelligeremus quomodo solet esse vesti-
gium sanat vulnus, aperuit hoc se de colore dice-
re, cum adiunxit, Et fuerit in cute coloris eius ta-
ctus lepræ. Quid ergo illud, coloris vitium est,
quod nomine cicatricis appellat. Quid vero ait, ta-
ctus lepræ, non quod tactu color sentiat, sed ita di-
cit tactus lepræ, tanquam ipse homo vel corpus eius
lepra sit tactus, hoc est maculatum atque vitiatum:
sicut dici solet, tertigit eum vel non tertigit eum fe-
bris. Denique ipsum maculam, tactum vocat, & eam
semper isto nomine appellat. Vnde nonnulli nostri
non tactum, sed maculam interpretantur, quo no-
mine quidem planus videretur sonare quod legi-
tur: sed potius & Græcus non dicere ἀφίη, id est, ta-
ctum, sed ἀμωμο, id est, maculam: vnde ἀμωμο dicit
immaculatum: quanquam non ab illo solo quod in co-
lore contingit, sed ab omni vitio purum solet scriptus

ra ἀμωμο dicere. Vnde non maculam coloris: sed D
omnis vitij notam vult intelligi, quod μῶμος ap-
pellat. Posset ergo quod ad solum colorē attinet
ταχος dicere: quo verbo vñs est Apostolus vbi ait Ephes. 5.

de ecclesia, non habentem maculam aut rugam: nec
μῶμος aut ταχος dixit, sed ἀφίη, id est tactus: quod in
Græca lingua inusitate dicitur in coloribus, & tamē
hoc leptuaginta interpres non pugnit. Græce dice-
re, cur ergo Latinos piguerit? Quod aut dicit cīca-
trix signi: vel ideo dicitur, quod significet aliquid vel
ideo potius, q̄ ipsum hominē signo quodā discernit
a ceteris: hoc est notabile reddit.

Quid est quod XLII.

at, E videbit sacerdos & inquinabit eum ad quē ve-
niat vt mundetur? Sed inquinabit dictum est, id est,
inquinati pronunciat, si hæc in eo viderit que scri-
ptura dicit de macula lepræ.

Si autem luci-

dus albus erit in cute color eius, & humiliis non fave-
rit aspectus eius à cute. Lucidus albus subauditur
tactus: id est, illa macula coloris, non pilus. Quod
postea dicit, Si autem conuersa mutata fuerit signifi-
catio in cute: hanc dicit significacionem quod su-
perius signum in Latino legitur. Nam Græcus & su-
pra & hīc vno edēmē verbo vñs est, ἀνωματαν

dicens. E segregabit illum sacerdos septem XLIII
diebus secundo, & videbit illum sacerdos die septi-
mo secundo: & obscurus tactus non est conuersus in
cute: & purgabit eum sacerdos, signumenum est: hoc
est, purgatum eum pronunciat. Non enim est le-
pra, sed signum.

Si autem conuersa mutata XLV.

fuerit significatio in cute posteaquam vidit illum sa-
cerdos vt purget: & virus fuerit denū sacerdoti &
videtur eum sacerdos, & ecce commutata fuerit si-
gnificatio in cute, coinqnabit eum sacerdos, le-
pra enim est. Etiam hīc inquinabit dixit, inquinat-
um pronunciat: aut amplius habet ex more locu-
tions scripturæ. Hoc itaque videtur admonuisse,
vt cum virus fuerit solus color albus & lucidus, dis-
color fano colori, adhuc probetur à sacerdote: vt si
viderit etiam pilum mutatum in album colorem, &
humiliorem factum cutis locum in quo est albus co-
lor, tunc pronunciet lepram: id est, inquiet homi-
nem pronunciando leprorum. Si autem, inquit, lu-
cidus albus fuerit in cute color eius, id est, lucidus
albus fuerit ille tactus, quo nomine eadem macu-
lam appellat: & humiliis non fuerit aspectus eius à
cute, & pilus non fuerit conuersus in album: ipse au-
tem est obscurus, id est, ipse pilus, quia non est albus:
segregabit sacerdos tactum septem dies, & videbit
sacerdos tactum die septimo, id est, illam maculam: F

& ecce tactus manet ante eum. Nō commutatus est
tactus in cute: id est, non est discolor & dissimilis in-
uentus à cute. Ergo sanatum est quod vitiosum erat.
Sed adhuc iubet probari eandem sanitatem per
alios septem dies, atque ideo sequitur & dicit, Efe-
regabit illum sacerdos septem dies secundo: id est,
septem alios dies: & videbit illum sacerdos die septi-
mo secundo, & ecce obscurus tactus: id est, qua non
albus & lucidus, ac per hoc concolor fano colori,
non est mutatus tactus in cute, sicut & pauloante
dixit: hoc est, non est dissimilis à cætera cute: & pur-
gabit eum sacerdos: id est, purgatum pronunciat
à suspitione lepræ: non quoniam habuerit lepram
quam iam non habet, sed quoniam lepra non fuit
quod in illo lucido & albo colore tactus: id est, ma-
culæ illius apparuerat: cum expectaretur vtrum hu-
milio fieret locus, & pilus illius in album converte-
retur non contigit, sed potius ille tactus qui fuit ante
lucidus & albus obscurus inuentus est: id est, simi-
lis cætero colori, non lucidus. Non erat ergo lepra,
signum est enim non lepra quod sic apparuerit. Ta-
men etiam propter hoc purgatus à suspitione lepræ,
lavabit vestimenta sua, quia & in illo signo aliquid
fuit